Murcia XIII-84

de iure nec posse neque debere executioni demandari donec et quo
usque indicta causa appellationis super meritis iustitie na-
turalis et omnibus sententie predicte per prefatum vicecan-
cellarium promulgate pronunciamus et declaramus sit in
qua appellationis causa partibus predictis iura integra
salua maneant ita quod eis aut alteri earum per hanc nostram sen-
tentiam nullum fiat aut inferatur preiudicium sed omnia
iura eis competentia salua remaneant et ulterius neutram
contra pr... dictarum partium in expensis condempnando. Lata fuit
hec sententia per nos sensu in ea posita per magnificum et dilec-
tum consiliarium et Regentem cancellariam dicti domini Regis
et nostrum petrum falco legum professorem et lecta de nostro
seu ipsius mandato per fidelem et dilectum dicti domini Regis
et nostrum secretarium petrum joannem notarium valentie
in quadam aula Regalis valentie ubi regia celebratur
audientia die crastina partibus predictis ad audiendum
sententiam assignata scilicet vicesima secunda men-
xxij setem- sis Septembris Anno a nativitate domini Millesimo
bris anno Quadringentesimo Septuagesimo Secundo Regnorumque
lxxij dicti domini Regis videlicet Navarre anno quadragesimo
Septimo Aliorum vero Regnorum suorum anno quintodecimo
Regnique vero anno quinto presentibus evocatis seu
vocatis fere postulantibus et instantibus discreto Joanne
mas notario procuratore dictorum nobilium Didaci fajardo
et eius uxoris et sue parte ex una et presente Jacobo
piles notario procuratore dicte nobilis Agnetis de here-
dia parte ex alia Et etiam presentibus pro testibus
magnificis Guillermo strader et ludovico dez torrent